

Y b

1029

VIII, 80^h Q.

~~Q. H. 144~~
K. 147

(cur. 2, 797.)



ANNA L I V M
G O R L I C E N
S I V M A F V N D A T O
R E S O B E S L A O R E G E
B O H E M I A E, u s q; a d a n n u m
1 5 9 5 d e c u r r e n t e m b r e
v i s d e d u c t i o.

A V T H O R E
A B R A H A M O G A S T
S V E B V S I E N S I S I L.
S. S. L L. S t u d. & C. G.

Francofurti Marchionum
T Y P I S E X S C R I P S I T
A N D R E A S E I C H O R N

A N N O c l o . c l o . x c v i .

Christiano Meib. viri humanitatis



NOBILIBVS, CLARISS.

ET AMPLISS: Co'ss:

PRÆTORI, SENATVI,

Populoq; Gorlicensi S.



Non me fugit, viri Nobiles,
viri magni, futuros nonnullos,
qui mirabuntur; quòd ego, qui
tutius me silentii castris abicòde-
rim, in publicum famæ campum
prodeam; neq; tot calumniantis
um tela seriò pertimescam. Nam
fieri solet: ut ijs, qui ardore quo-
dam scribendi ducuntur, invidia tempestas sube-
unda sit. Quo evenit: quòd stans in procinctu quos-
vis excipiat oportet morsus, nisi scuto authoritatis
& gratiæ tectus. Idem futurum mihi valdè vereor;
ut quæ res. in scriptione duæ plurimùm possint, eæ
contra me sint facturæ ambæ, autoritas & gratia;
quarum altera penes vos, Patres amplissimi, altera
penes lectorem. Autoritas vestra ne mihi præter
expectationem scripturienti malè concilietur, non
nihil commoveor: gratia lectoris, ut crassa hac Mi-
nervâ offendatur, metuo. Tanta enim vestra am-
plitudo: ut saltem magna à magnis: ardua à gravis-
simis describi debeat: Ea verò lectoris mens: ut
non nisi singulari quodam orationis condimento
mollescat



molleſcat & capiatur. Hæc ſi cui in re, felicitatis:
ſin illa, dignitatis eſt argumētum. Quarum utramq̃
ſibi eruditio & uſus: neutram mihi ætas compara-
vit. Nam ſedulò cavendum: ne quid per ætatem
elabatur, quod ætas repudi et: & minimum ibi inſit
gratiæ, ubi plurimum, debeat. Quid ergò: premen-
dus hic deformis ingenii partus, non promendus.
Nihil inficior: niſi aliud æquitas & gratitudo ſua-
deret. Æquum id fuerit, ſi collatum lubens repen-
dam: grati animi: ſi memor beneficii, meritò id præ-
dicem. Negem verò: me hæc ex medullis reipub.
& Scholæ veſtræ carptim legiſſe: negem: à magno
illo Laurentio & Cl. Mylio præceptoribus digniſ-
ſimis communicata; non negabo: imò æterna grati
animi memoriâ proſequar; dum hinc vitalis in me ſpi-
ritus. Latent annales doctiſſimi Dn. Chriſtoph.
Manlii civis veſtri: quæ ſuo tempore emergent: &
magna in Germaniæ luce verſabuntur. Eadem
ex liberalitate digniſſimi mei præceptoris D. My-
lii aliquando mihi data, viam quaſi iterare: ut tu-
tius ire poſſem in ſalebriſo hiftoriæ dumeto: ni-
ille extiſſet, neq̃ hic noſter labor. Qui licet per-
exiguus: tamen omnis in honorem Reipub. & Scho-
læ fixus. Cum igitur ea ex lato veſtræ fortis cam-
po ſint delibata: in quo primordia civitatis ſpectan-
da, ætatum ſucceſſio, variæq̃ temporum vices, reip.
& Scholæ auguſtæ ædificatio: Veſtro nomini lu-
bens meritò dedico, vrbis magnæ magni Senatores
obnixè rogitans, ut benevola ſuſcipiatis manu.
Quid ago: informe hoc laboris mei cadaver in cu-
riam

A 3

riam



riam irrepet: quæ tot virtutum præsidio munita,
forſan id à limine arcebit; non ſpero. Licet enim
non ita ſit reſerata, ut cuiunq; pulſanti pateat: ta-
men non adeò clauſam opinor: ut eam benignitas
aperire non poſſit. Admittite igitur Patres ampliſs.
hanc ad fores ſtantiſſimam Muſam; & ſereno vultu intu-
emini: quippe quæ tota ex auguſtæ ſcholæ veſtræ
viſceribus nata, paſtu doctrinarum educata, nunc,
quicquid habet, acceptum refert huic unicæ matr:
fructus, ſi qui fuerint, vobis deberi teſtatur. Va-
lete, & me ad partem benivolentiæ veſtræ recipite.
Data Francofurti ad Oderam, decurrente 1595
anno.

V. A. D.

deditiſſ.

*Abraham Gaſt LL.
Stud. C. G.*

Si ſua



I sua, pro numeris veniam obte-
stata legentis,

Gratia stat vati: ingenuo quem
nobilis usu

Fervor inaccessa provexit ad ar-
dua rupis:

Seu caneret Veneris lusus, seu versa cruento
Pergama Vulcano; aut infestis obvia signis
Signa, ducum lituos, mordenti hastilia ferro:
Quis mihi nunc vitio vertat? surgentia dumis
Saxea septa, focos, & tecta sedentia ripis
Riparumq; toros, structamq; è pulvere molem
Si mediter, facilem religans ad verba Minervam:
Incultoq; habitu licet, incomptoq; capillo
Deformem indutus pallam, sacra tecta revisam?

Vos igitur cælo, vos ò doctissima fandi
Lumina, Nate DEO, Sacer interpretq; Parentis,
Bis genite, ò cui terra, fretum, cui sidera parent,
Tuq; adeò, Vigor Ignipotens, Vigor alitis aura,
Qui Patris & Nati spirans è pectore flammam
Ignivomas, DEVS infundis, per vota precesq;
Cor animumq; viris, vos aspirate ministro
Sub tremulo, viresq; operi indulgete canendo:
Et pelago date vela truci, vatiq; per undas
Este duces, inter scopulos, interq; charybdin:
Ruptaq; divini vivo de numinis amne,
Verba fluant calamo, quorum gratissimus usu
Dicar ego, cunctoq; extent impressa sub ævo
Signa piæ mentis, lapsuri nominis olim
Nescia, præstantem qua sit cultura magistram,
Quæ sicut hospitii gremio complexa tot annos

Me Sophia dapibus pavit, mihi turgida verbi
Vbera lacte dedit doctrina, amnemq; salutis.
Ergo penes memorem veteris stet gratia cura
Discipulum: hac modo carpta damus fastigia rerū.

Ut res Lusatia, lapsamq; reducere gentem
Cælorum Regi visum: dispositaq; sylvis
Tegmina contiguis includere civica septicis,
Et premere Imperio, & rudibus dare Iura colonis.
Primus ab australi venit generosus Olympo
Sobeslaus agens in prælia, vivida bello
Corda virūm; haud dubius, fato quæ sistere detur
Aut componere opes. Vix prima inceperat ætas
Ipse via impatiens lato vestigia campo
Multa legit, nunc huc nunc illuc senta capeſſit
Arva situ, madidâq; locat tentoria ripâ,
Hic ubi, Nisse tuum mordenti vomere Lausi,
Littus arant sulcosq; onerant, atq; horrea vincunt;
Tum quæ vicinos spectat lassa ora Bohemos
Pagus erat, densa sparsim quem rarior umbrâ
Ursi utring; situs nemoris: juxtaq; fragosus
Dat sonitum saxi, prærupto vortice, Nissus
Cinctus agro viridi, agricolis Drebnovia dictus:
Hic nebula campis nulla, nec odora mephitim
Halat humus, serpitve quies, frigusq; caloremq;
Inter, & excipiens cæli indulgentia tractum
Effudit stores, hortisq; virentibus herbas,
Aspiratq; viris solidas in corpore vires.
Dum favet aura Duci, insistis: mox littore curvo
Præcingit latus umbrosus, quæ plurimus unda
Nissus arenam inter, præceps trahit invia lapsu,
Stant urbis causa & certi fiducia regni

1191.
Sobeslaus Rex
Bohemie in
Lusatiam sece-
dens, Gorkcium
condidit.

Pagus ad Nic-
tum situs cum
tribus cauponis.
Ex huius
veterissimæ
villæ ruins
opinatur. Et
Manius de Du:
Martino My-
tus instaura-
am fuisse Gor-
licium.

seſe

Sese animis addit: ridenti concita vultu
Spes alitur, populum latè regnoq; superbum
Venturum auspiciis Divum, sic voluere fata.
Idem omnes simul ardor agit: simul urbis amore
Ducitur assensu unanimi generosa juventus:
Saxa cavant, saxisq; struunt immania saxa
Ardentes animi: pars alios ducere muros,
Pars aptare locum tectis, & robora sylvis
Convectant calle exciso: pars grandia trudent
Obnixi camenta humeris: sublapsaq; longo
Tecta situ, effossis tentant concludere sulcis.
Tanta laudis erat civilem condere gentem:
Rex genus indocile ac dispersum rupibus altis
Pugnaci insignis dextra & victricibus armis
Composuit domitor: fontesq; per avia raptos
Crudeli passim letho metit horridus ensis.
Barbara nam fuerant, nullo frenante virum vim,
Secula, dum rabies junctis effusa catervis
Latronum toto volitaret fervida tractus.
Haud rara annosos quercus nudata lacertos
Cannabe cervicem tortam porrexit, & udo
Ostentans vultu suspensum corpus in auras
Turpe viatori monstrum obtulit: hinc quatit horrorem
Frigidus ossa, graviq; coit formidine sanguis.
Tum videas informe caput cervice revulsum,
Distentosq; humeros gelida pallefcere arena:
(Horresco referens) quin & manare cruoris
Innocui puteis imbrem: grave olensq; mephitis
Quos nequit ensis, humi prolapsos sternit & aufere
Non tulit hanc rabiem, mansuetæ Conditor urbis
Viq; vias omnes, latronibus exiit antra,
Atq; metu solvus solvit: mercator ut oris

Descriptio illi
us seculi.

Tutius

Gorlicium Sclau-
tica voce Scho-
relitz, mons Lu-
saticæ.

Hoc centenario
annuatim Goli-
cium sese extu-
lit.

1244.
Conventus ante
oppidum cele-
bratus.

1245.
Consecrata Ec-
clesia fratrum
minorum per
Cunradum E-
piscopum Mi-
nensem in ho-
norem Mariæ
virginis & S.
Francisci.

Tutius indigenis solitas exerceat artes:
Tum leges urbi posuit: Schorelizq; vocandam,
Duxit, ubi gemini propugnans athera colles.
Aspice nunc cinctam muro & surgentibus urbem
Turribus, ac lecto disposito sordine vicus:
Sub laribus quis honor? campis purgata residit.
Et morum feritas, & præda insana cupido;
Mollis ubi populis curarum diditur usus.

Ergo tanto Henetum structæ urbis concita pubes
Nomine Hyperboreis digressa recedit ab oris,
Hinc ubi sæva fremunt, per Sarmata rura coruscis
Illicibus montes, & Carpathus abiete crebra.
Tum Mysi, effrenisq; audaci mente Bohemus,
Farrag; subuectant & merces mercibus urgent
Solliciti: donec proventu diuite rerum
Urbs fecunda satis, iusto maturuit ævo;
Gorliciiq; tulit nomen, mansuetius usu.
Cum melior sponderet opes, fortunaq; dives
Hoc habitare loco vicinis visa colonis:
Fama volans Heroa ferit, quæ nobilis ævo
Structa sedet Brenni moles, & Lusatis ora:
Hortaturq; Duces celebratæ ad mœnia sedis:
Illic concilio mox confluxere frequenti
Marte atq; arte graves: & quod pepigere, vicissim
Obsignant fœdus, captæ de finibus ora.

Post aliquot, iustis tardè labentibus, annos,
Misnia Cunradum misit: quem legis & aræ
Romana coquit unus amor, sterilisq; cathedra
Unus amor, Franciscæ, tuæ: ceu prisca ferebat
Religio morem, & corrupti temporis error.
Ergo tibi hospitium, famulisq; cubilia victu
Parca struit, Divumq; adolet sacraria thure:

Annua

Annua proq̄, focus cultu dare uota recenti
Constituit, prisca ne legis praescia carpat
Cura fugam, studiumq̄, situ obtorpescat inert.

Hinc sata Relligio viridi succreuit in horto,
Et pietas animi dedit argumenta fauentis
Digna focus, dum consilij maturus & aui
Otto tot aruorum mansos & jugera confert
Communi hospitio, seros mansura per annos.

Ibant bis centum voluendis mensibus, anni
Ex quo, conspexit surgentem urbs saxea molem,
Tecta super camposq̄, sedens, ubi tristis Erynnis
Irasq̄, insidiasq̄, & semina noxia vitæ
Inq̄, homines pecudesq̄, ruens coniecit: inermes
Peste mala versare lares: urbiq̄, locata
Funereas inferre faces & sternere letho.
Omnes errabat mors sparsim fusa per amnes
Nullaq̄, suspectas, labris arentibus, undas
Libabat quadrupes: præter labentia tantum
Flumina spectabat trepidans, lethumq̄, petebat,
Inde canis fluidum virus uomit: erecat agros
Pestilis aura sues, pecudesq̄: hinc nescius arui
Constitit infelix Tauri labor omnis: & omnis
Agricola inuisum palo suspendit aratrum:
Prouentus frugum nulli: dum deside dextra
Nullam in turgentes cererem strinxere maniplos.

Tertia ut agricolas vanis elusit aristis
Messis, ubi umbrosos cingunt pineta Silesos,
Indomitiq̄, sedent ad pingua rura Poloni:
Ex longo collecta fames furit undiq̄: siccis
Faucibus hic frendens raptat limum: ille paludem

B

Stan-

Görlitische
Kirchmess.

1264.
Nosocomium ad
Spirium. S. fun-
datum ab Otto-
ne March. Bran.

1318.
Pestilens cum
magna fame con-
iuncta: ut in ter-
ritorio Gorlicem
si multi pagi co-
lonis uicui red-
derentur.

Fames durauit
in Silesia & Po-
lonia in 3. annū,
adeo ut parentes
a propriis filiis
reliqui a cadaue-
ribus & immu-
dis cibis non ab-
stinerent.

Stagnantem è stabulis sorbet, tum feruida torques
 E uacuo rabies, in trunci robora morsus
 Vertere, vel fagi de cortice vescier atro.
 Tum sobolem è collo videas pendere parentum,
 Ac uideas largo suffusam lumina fletu
 Usq; rogare cibos, gemituq; instare frequenti,
 Morte quoad lenta uultus cadat ante suorum.
 Ast alios cæli tædet conuexa tueri,
 Ac rabidi tam longa pati ieiunia uentris,
 In sua uesanum conuertunt viscera ferrum
 Et miseram ante diem fundunt per vulnera vitam:
 Immitesq; animas uacua ad præsepia reddunt.
 Nec satis hoc: Sed erat plus damni & sortis iniquæ
 Nissus ubi, latè sese frangentibus undis
 Confinem exuperans portam, secum omnia replet:
 Totaq; præcipitans undas tectâ ardua in imas,
 Speluncisq; lacus clausos & flumina rumpit,
 Adde molas, pontemq; ac ferrea robora pontis
 Correpti, in laceram fluuio diuisa figuram.
 Hinc exaudiri gemitus pecudumq; canumq;
 Amnem eructantùm & sera sub nocte latrantum,
 Setigeriq; sues, inclusi sepibus agni
 Balare, & formæ rapidorum ululare luporum.
 Quos pestis, quos longa fames, quos seuior unda
 Nissus agit grandi, seu cæco corripit æstu
 Spumeus: atq; uado ripis torquente revulsit.

Maxima inunda
 tio Nissi.

Luporum præ
 fame velut in ra
 biamactorum in
 solens ululatus
 pssim exaudi
 tus.

1331.
 Incendio ablu
 mptum Gorlici
 um exacto præci
 se ducentesimo
 anno.

Nec dum etiam tanti casus, longiq; dolores
 Exciderant animis, cum fortè incautus agebat
 Se matutinum faber, hesternosq; labores
 Visurus, silicis scintillam excudit, & ignem.

Susce.

Suscepit tenui lino. flammamq; reliquit
Inscius: hæc largum cognato ex fomite spargit
Ignem, qui furtim pingui sub vertice lapsus
Robora comprehendit luce arduus: inde secutus
Perq; trabes, perq; alta volans fastigia regnat,
Et totam involuit flammis superantibus urbem.

Concidit in cineres bis centum visa per annos
Urbs septis, altoq; potens insistere muro.
Eheu sic ne iaces? tectis conuulsa, ruinam
Sic nè trahis? secli decuit quam longior usus,
Devorat ignis edax & funere mergit acerbo.
Hæc ergo series fatorum lancinat iras.

Nam quoties cælo bis centum exacta per annos
Inuisi Phæbus conscendit cornua Tauri:
Sparge urbem lacrumis, & largo flumine vultum
Ora genasq; rigans super humectato senectus,
Fæmineum genus, & pueri innuptaq; puellæ
Mugitus date, vos patriam deflete ruentem,
Namq; hos Vulcani vibrantis fulminis ictus
Irarumq; faces, nimium meminisse necesse est.

Signa recensabat bis Sol sua, tertius ibat
Iam labor, ut lapsæ noua fax insurgeret urbi,
Conjuratorum numerus, furumq; manipuli
Corripiuntur equis & lapsis mœnibus instant
Horrendi: cives his se, quando improba cernunt
Esse latrocinia, obsistunt: telog; frequenti
Surgentes operas, fulcra imperfecta, laresq;
Defendunt, obnixi humeris: Sacer ordo Senatus
Stringit in effrenes victrici arma horrida dextra,
Perq; omnes animam mortes, & viscera rapiat.

B 2

Hinc

Fatalis perit
odius annorum.
Nam ab hoc incendio usq; ad al
terum 1525. to
tidem ferme an
ni elapsi, 194.

1394.
13. Augu. Ho
stilis incurfus ad
urbem.

1401.
Coepit extrui do-
mus in nouo fo-
ro.

Hodie
Salzham-
mer.

1405.
Consules adno-
tati.

1415.
Zwietracht
wegen des
Bierbrau-
ens mit den
Bauern.

Venceslaus R.
B. iussit 74. ci-
ues capite plecti,
sed Regina de
precaute, 56 vi-
ram donauit.

Eod. an. noua
seditio contra
Senatum.

*Hinc quo iustitiae decus immortale, renidens:
Atq; uultrix scelerum stet Curia, fasce timenda:
Supremo in circo, quem plurimus aede coronat
Sacrata fauor, impensis assurgit opimis,
Magna superba domus: salis huic custodia tandem
Credita; perq; alios lusus iactata vel usus
Sustinet in gyrum ductas, pede ouante, puellas.*

*Hac ubi coepit nouo consurgere saxea circo,
Reddere iura foro, primosq; attollere fasces
Est visum patribus: quare annus extitit illic
Ordo Senatorum: tenus hac nam Consule primo
Appositis soliti patres considerare mensis.*

*Et cadit ex fato. Tot enim labentibus annis
Belli causa uiris steterat: non territa cessit
Budisina minis, cereris sibi iura coquenda
Competere antiquo de consuetudinis usu;
Et dominam hac sese praefert: fit clamor ad arma:
Perq; uias, perq; arua ruunt: pax urbibus exul
Pulsa latet: subter Martem irrequieta coquuntur
Munera contrita cereris, lupuliq; saporis.*

*O fugite insulsi ciues: venit ultor ab arce
Regius: auctorumq; scelus de sanguine poscet:
Et dubitatis adhuc monitis aduertere mentem?
Rege iubente igitur, mulctantur funere fontes,
Quorum animo caecus vindictae obduruit error:
Sed prece Reginae subiectis gratia culpa
Insperata datur, uitaq; usura repensa.*

*His gladio uixdum elapsis: noua concita surgit
Seditio, sauitq; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces & tela parant, queis Sancte Senatus*

Te

Te, te auferre volunt, sacro & detrudere templo.
Quina sed immani rabidorum colla securi
Caduntur: reliquos aeterni reppulit ira
Exiliij, ablegans syluis lustrisq; ferarum.

Est in trajectu propior mons: arua coloni
Cum tenuere, loci structam dixere coronam.
Hinc atq; hinc teretes trunci: geminiq; minantur
In caelum colles: quorum sub uertice quondam
Constitit obiectu laterum, arx altissima uisu:
Prædonum nidus: tum quercubus obsita raris
Desuper excisum latus urget utrinq; corona.

Iamq; ascendebat bis ter reuolutus in orbem
Signorum princeps aries: ubi tempora festa
Lucis eunt Pascha: telis induta iuventus
Et consul, Patresq; & longo ex ordine ciues
Ferro accinguntur: galeas, lunataq; portant
Signa acres: campoq; volatile spargitur agmen.
Euadunt summa ad fastigia rupis: at inde
Tela manu obsessi jaçtabant rara coloni
Ne quicquam obnisi ardentem, curaq; frequenti.
Tandem conscensu superant speculamq; refringens
Oppositam, cecasp; fores: ubi peruius usus
Tectorum inter se stabat: postesq; reuellunt
Spiculaq; clypeosq;, infixaq; postibus arma.
Saxea murorum sed moles firma: diurno
Tempore ut impensum succinctâ pelle, laborem
Et calcem excisam simul asportaret arator.

Vtq; aruis habitet, tuto pax integra nido,
Vrbs sibi, auita, potens effracta Iura cauerna,
Exuiasq; virum, precio acquisiuit honesto:
Ne suspecta senes culpet violentia patres.

Landskron

1422.
In ipso Paschate
coepit dirui arx
monti imposita.

B 3.

Post-

9423. 3 Mail.
Fundamentum
facit insignis
ædis Petrinæ.

Testudo absolu-
ta 1497. ab ar-
chitecto Cunra-
do, in vigil. as-
sumt. Mariæ.

Postquam tercentum collectis mensibus anni
Defluxere polo, cæpti ex quo surgere muri,
ibat ovans animis Siliceus: & omine fausto
Prima manu signat, posito fundamina saxo.
Insequitur stipata virum manus: amulaq; omnis
Artificum dextra: atq; humeris operata Iuventus
Subvoluens crebro lapides: pars iussa Senatus
Festinant: liquidoq; manu dant ordine fontes
Solliciti, validisq; coquunt cæmenta lacertis.
Nec deërat tum docta manus, seu pingere vultus
Spirantes, seu viuificas ex ære figuras
Ducere, siue focos solido de marmore casos:
Donec opus, cælo rutilum caput extulit alto.

O augusta domus: tibi sexagesima messis
Acta tribus steterat lustris; suprema laborem
Dum manus artificum finit: dumq; ærea tecta
Cælo ostenduntur, tripliciq; cacumine turres.
Quis precor indulset vobis tam pectore fido
Gorlicij, artifices, strueret modo ut amula Iovæ
Dextra sacrum: cæloq; iret sata marmore moles?
Quisquis es, hospes adi: seu te tua Gallia misit
Seu Tuscis venias longè digressus ab oris:
En hic naturæ artifices, fortunaq; fato
Certat, & ingenij soror ars sedet unica templo,
Aspice, qua varijs serpunt caua saxa figuris,
Substructumq; minus magni fert pondera fani,
Aspice, ceu gradibus consurgant limina, nexaq;
Aere trabes liquido: paries argenteus auri
Iactat opes: foribus cardo graue stridit abenis.
Nec semel aspexisse iuuet: iuuet æde morari
Internâ, Templumne igitur per singula lustres?
Suspe-

Suspecta molem vasto, artificumq; laborem:
Bis senas saxo excisas, tot rupe columnas,
Et testudineos mirabere ponderis arcus,
Tum misto è stanno postes, arasq; metallo
Egracili, & fixas alta ad donaria sellas,
Quid ni mireris? tot signa incisa, tot auri
Dona, tot effictos uultus, tot vinceta cathenis
Robora, & obliquos summa testudine flexus:
Per latus, ingentes quod dat lato ore fenestras,
Infundit radios Phæbus: procul unde patescit
Area, multiplici artificum visenda labore.
Salve igitur perfecta domus, cultissima templa
Vosq; mihi ò visi artificum saluete labores.

Decurrere duo lustra ut crescentibus undis
Rumpuntur claustra ima lacus: a de sã propinquas
Sorbet in abruptum maiori flumine Nissus,
Pons iterum uectè arato, sub fluctibus imis
Contremuit, ripaq; sedens Hoterana fluenti
Innatat: hinc homines (quos segnis cura retardat
Segnius ire domo) obsessos ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, foribusq; infusus oberrat:
Ni piscatores, celeri trabe currere docti,
Impositos cymbis, perq; alta cacumina tractos
Servarent, rapidus sorberet uortice gurges.

Verum age rumpe moras, & strictior ito Camæna
In numeros, arctæ preme nunc vestigia legis,
Nam dicenda tibi series longissima restat.
Ergò Sigismundo Româ vertente revixit
Gratia lapsa prius, clypeo dum insignia secto
Victrices hosti intentant, alasq; Leonesq;
Indomitos. Unde hac, Cæsar, virtutis auitæ

Argu.

1432.
Nissus in tam
tam excreuit al
titudinem, quan
tam non uiderat
illa ætas,

1433.
Görlitz was
pen.

eod. 20.
Husitarum it.
rupto.

Argumenta tibi? num majestatis ad aures
Fama tua venit, non corda insultibus ullis.
Fracta nec acta metu? ciues defendite famam,
Atq; insultanti jam occurrere fortius hosti,
Acer adest numero: vos arma cape site: victi
Auriga exposcunt animos in praelia uestros,
Hussiades contra: His moti rumoribus, acres
Inducunt animos, & dextram in praelia obarmat:
Excursu celeres & in arua inimica feruntur,
Fit via vi: sed enim pugna victricis avara
Aspectu pulsos fugat, & capit ocyus hostes,
Vimq; suam in toto jaecat gens ciuica campo:
Resq; hosti raptas caeso, & spolia ampla triumpho
Solenni: in patria gremium, conversa, reportat.

1444.
silent paulisper
arma.

Messis it undecima ac spicarum nubilis auro
Qua collecta fames paulum subsidit: & agros
Prouentu agricolae spes consolatur opimo.
Exin arma silent: tota uigil excubat urbe
Cura fori, Diuumq; focis imponere honores.

1453.
Orationem ha-
buit frater lohā.
de Capistrano
sub dio.

1454
positum funda-
mentum templi
parxialis D. Ni-
colai.

1456.
40. domus unius
horae spacio ab-
sumta.

Ergo Capistrani mira dulcedine victi
Conuertunt mentem in melius, sacra jura secuti:
Certatimq; struunt, caeso sublimia saxo
Templa tibi, Nicolae: Sed imperfecta labore
Non ibi visuntur postes: non tegmina caelo
Assurgunt: pendent opera interrupta minaq;
Murorum ingentes: praeuptaq; machina fani.
Fallor? an artifices retrahit sublapsus habenis
Vulcanus laxis, turrimq; adestq; propinqua
Contiguas porta, rabido cum deuorat ore?

ANB

*Aut per fregit opus correcti iniuria secli.
Sed quis adhuc vestris sese implicat artubꝫ ardor
Quæ pietas animos urit, tot templa, tot aras
Magnificis viridi subducere sumptibus aruo?
Ecquis enim Mariæ illustri constructa labore
Templa, situ per amœna neget, spaciōsa teatro.
Me censore, tibi cedant habitata Dianæ
Templa: frequentatum toties, elingue sepulcrum
Mecha tuum sileas: tot enim cava busta piorum
Hoc me structa loco invitant: ut sordeat ipsa
Vel mihi, Pyramidum mirando Memphis honore.*

1458.
Fundatur tem-
plum D. Mariæ
cui suprema ma-
nus imposta
1473. sub exi-
tu Mau.

*Ista quid admiror stupide? maiora refulgent
Prospectu miracula graui, suppositaq; colli
Exiguo: nùm tanta fones Europa, vel orbis?
Priscus Idumæa gentis labor arua reliquit
Patria, & ignoto subsidit climate terra
Integer, illasq; habita simulacra revibrat.*

*O quæ non ponto, terraq; pericula passus
Autor, Idumeos secum ut raptare labores
EMERICVS posset, patrijs & sistere terris.*

1465.
Perigrinatio
Georgii Eme-
ricus in terram
sanctam.

*Principio naturâ efformatrice, supinus
Huc portâ egressis colles se ostentat, iterq;
Descensu in vallem obliquat, propè blanda susurro
Vnda ruit, tardo ponens vestigia lapsu,
Sedis Idumæa in formam: haud procul area campi
Quem latè pingit cespes & graminis herba,
Emicat, & querno vim contrâ vimine septa est.
Huic super impositum videas insigne sacellum,*

Descriptio Cœ-
notaphii Christi
quod est in sub-
urbio Gorlicen-
si.

Locus.

C

Forma

Macellum.

Forma atq; arte pari, saxo nitidumve quadrato.
Iam stupeat fraudum inuentor Cyllenius, acer
Ingenio sculptor superat. Nam machina in altum
Tota glabro assurgit ductu, colloq; superba
Conspicuo: sed enim facilis lateri auctor aprico
Fulminis è jactu valido torquentis hiatum
Finxit opus, rimâ nature affine creanti.

Inferior forma.

Vultus hic exterior: sensu rimare sagaci
Atria, qua tecto rutilant inclusa nitenti,
Hic tibi Romulidum fictas expressa per artes
Curia reliquias commisi juris obumbrat,
Maest atq; edes agni, cœnaq; sacrata
Nocte celebrata monumentum, actusq; diurnos
Inde modum tabula inscriptæ, confinia tum quæ
Intervalla cruces discernant ordine ternas.

Cenotaphium.

Hinc tumulum Christi, postesq; graves Orichalco:
Qua revehit lucem croceis aurora quadrigis
Saxa, solo in uiridi, frontemq; latusq; sepulchri
Bina armant, mediumq; premit pyra saxeâ campû.

Quid Mausolæi sumptus mirata vetustas
Euehis astra super? toties vel carminis usu
Fulcra quid inculcas Lydiæ uesana colossi?
Haud minor Emerico positi data gloria busti
Effulget: Solimam quæ lapsam eterna redaxit.

Hunc igitur tumulum Germanus: Iberus &
Miretur, si quem tellus extenta remoto (ipse
Sustinet Oceano: aut si quem Gangeticus amnis,
Undiq; seu ponto dirimit circumflua Thule.

Namq;

Namq, quod heroum optanti promittere nemo
Audebat, duros Turcarum effringere rictus,
Et Solimam cæco immersam producere cæno:
Dum collapsa situ venerat æ rudera terre,
Annosusq, labor nulli visendus, ut antè,
Restet: Idem noster, venturi præsciis avi,
EMERICVS raptavit opus, patrioq, repostum
Colle peregrinis huc adventantibus offert
Conspicuum saxis, habituq, illustre rubenti.

Vos igitur patrij ciues, quibus inclyta cultu
GORLICIVM genitrix, ite et date præmia laudum,
Purpureas afferte rosas, decorate sepulchrum
Muneribus: vester meritis nam talia busto
EMERICVS: poterasnè tuo, hac ætate superstes
Esse superba patri soboles? jam grata sis actum.

Hac fama exciti ciues, sibi quisq, laborant
Et decus & nomen toto conquirere regno.
Ergò suos animo nervos collegit & auro
Fortunatus opum senior SELIGERVS: ut urbis
Constet honor stratis, neu fundat limus odorem:
Curauere nouem autores fundo arcibus imo
Brachia confodi, presso quàm fumat hiatu
Scrupea, & obscuro obscuros alit aggere flexus.
Hi sordes, urbisq, latum excrementa q, sorbens
Atq, auide eructant riuis: quàm fossa dehiscens
Obscænas aperit fauces. & plurimus undam
Limus agit: fluctuq, ingens specus astuat atro:
Evomit in gelidam qui præterlabitur amnem,
Tanta solo tegitur moles, obscuraq, serpit.

C ij

Magnus

Tubus maxi-
mus subterraneæ
eloacæ ad Nisū
usq, pertingens
circa an. 1471
perfectus.

1474.
M. loh. Fraun-
bergus Consul.

*Magnum ornamentum patrijs struxere plateis
Coniuncti autores: fama supereminet omnes
Fraunbergus, quem cura vigil tot ducere noctes
Insomnes cogit, patrias ut liberet aras.*

1476.
Olsniti in via
Leobergeasi præ:
das agentis furor:
compescitur.

*Nam prædo Olsnicius, furūq; exercitus omnis
Compositi numero in turmas, regione viarum
Insectant prædas: auidi: tum ferreus armis
Horret ager: pagi flammis superantibus ardent;
Et Schönberga legit cineres: questuq; cruenta
Olsniti igniuomas permisto sanguine fauces
Testatur, magnāq; tonat convulsa ruina.*

*Haud mora Fraunbergus, tortos legit obuius
orbe:*

*Vestigatq; hostem vindex; quod Marte sinistro
Terribilis, tantam nullo discrimine cadem
Suscitet: at fremitus longè cognoscit equorum
Olsniti: turbata acies, versiq; latrones
Exhortantur equos, ac dant sua terga per agros,
Pulverulenta fugæ: Cines ad tecta reflectunt.*

1489.
Xenodochium
e regione ædis
Marianæ sum-
ptibus Emerici
fundatum.

*Iamq; silescenti duo per quinquennia bello,
Consulis Emerici expensis domus hospita largis,
Exulibus struitur, quorum conatibus obstat
Res angusta domi: vel Religionis amore
Huc compulsi agrè fuginnt sub tegminis: umbram.*

1490.
Propugnaculū
portæ R eichen-
bacensis ædifica-
tu m.

*Præterea ipse urbem toties hostilibus armis
Concussam solidat ventura in secla, jubetq;
Sublimes fieri portæ constantis honores.
Ergo surgit opus, quâ se amplo fornice pandens
Porta*

*Porta, novo latè subsidit saxea circo,
 Vastaq; suspectu: triplici quem mœnia ductu
 Cingunt, & duplices distincta limite turres.
 Hoc anno labente, struit dum immania saxa
 Fossor, & in fundo sepelit dejecta cauato:
 Te Fridlande, sinu nascentem pagus amico
 Excepit; maculasq; sacrâ deterfit in vnda.
 Fortunate puer salve: cœlo astra sereno
 Colluxère, faces genitoq; in corda dedere
 Plura tibi à nobis? indigni hoc laudis honore,
 Vix canna fragili & fracta modulamur auena.*

16 Cal. Mart.
 Nascitur Valent.
 tinus Fridland
 in pago Noso-
 comit Troce-
 dorff.

*Ac ne cuncta canã, quacunq; malè ausa per agros
 Consedere jugis; pugnasq; irasq; rapaces,
 Ac Nissi toties fluuio spumante furorem,
 Seu Martem, pestesq; aut fusa cadauera campis
 Quid mortem Emerici? viuit: cantataq; versu
 Busta prius, repetam, sacrum hoc amplexa cadauer?
 Aurea componit viridanti in gramine sedem
 Relligio: longosq; tibi dicat, Anna, per annos
 Tempia, focusq; sacrum positus indicit honorem.
 Nec deèrat, Francisce, tibi qui poneret aras
 Steinbergus; pulcros per templa nitentia cultus,
 Aurea nec desint altaria: & aurea templo
 Pignora, nec diues, longo absit redditus anno,
 An sileam? horarum numeret quot machina pul-
 sus:*

1496.

1497
 Ian. 21, mœ-
 tur Emericus.

1508.
 Extructumem
 plum D. Annæ
 per loh. Fronce-
 lium.

1511. Summũ
 altare monaste-
 rii erectum.

1515.
 Horologium in
 tegrum Curie
 suffixum.

*Quam manus artificis ferro confecit; ahenisq;
 Inspirans rotulis animam, rata tempora certis
 Distinxit spacijs: lateriq; affixit aprico
 Curia, quã jaçtat calo arduatecta, forumq;.*

C 3

Quin

Hod. an.
Trocendorfius
votatus ad mu-
sus docendi.

Quin sua doctrina ut starent culta atria: patres
Fridlandum revocant, studiorum ubi Lipsia mater
Extulit alta caput, gravior invitantq; cathedra,
Ergo iussa facit, septusq; impube coronas
Conuentu in medio diuinae Palladis artes
Ore docet facili: dictis & pectora mulcet.

O qui tum vulgo Nissi concursus ad amnem
Qui iuuenes, quanto compleverint agmine muros.
Nec iuuenes docuisse satis, docuisse magistros
Vsq; iuuat tremulos aetate: librosq; ferentes
Et chartas & plena nigrâ lolligine vasa:
Tantum erat insido doctrinae artisq; magistro
Cui vix prima genas vestabat flore iuuenta.

1575.
Hic annus Gor-
licis mutatione
religionis & in-
sendio insignis.

Tempus erat rutibus aperit cum cornibus annu
Taurus, & attollit caput auricomum ver
Septima se viridi blandè seges exerit aruo;
Ex quo magnanimus diuina voce LUTHERVS
Romanae est ausus malè texta resolvere mitra
Confluit ad nostros tandem aureus ordo penates
Aurea progenies, enim magna exorta LUTHERO,
Templa DEI purgans ab iniqua lege, jugoq;
Pontificis: da Roma locum, date lubrica sacra
Hac celebrata tenus: nugae per templa remota,
Nam quid in humanis, ultra spem, ponitis ausis
Diuinas mentiti operas & quid inania plebi
Scrinia persuasæ fuco, sceleriq; futuro
Venditis indultam veniam, quam secius ipsi
Emistis factò immerito: quando aethere cassos
Exanimesq; Orco manes de auctere adorti

Canta-

Cantatam ad cererem, questus geminatis aniles?
Ergo, LVTHERE sua naui progressus in aquor
Aenobardus ouans animis, permutua nexos
Castigatq; aperitq; dolos, & dissipat omnem
Nugarum fumum, ritusq; effringit inanes,
Quiq; nubem offundunt doctrinae, atroq; vapore
Condensant lucem verbi, meritumq; salutis.

Hac ubi doctrinae lux instaurata refulget
Atq; aris impostus honor, nutante Senatu
Nunc huc nunc illuc: fatali VIRGA flagello
Securam hanc urbis sobolem compefcit: & ante
Praemonitam annorum seriem cinere abdidit atro.
O urbs Gorlicium: fumantes aspice crines
Inq; oculis ignem: volitant super ecce favilla
Ora tua, & convulsa solo tigna ardua sidunt,
Quanta tibi intulerit Vulcanus damna facesq;
Conspice: bis centum subversas funditus ades
Totq; lares, quos flamma furens absorpsit & estum
Inter adaeta volans, in inanis viscera terra
Condidit agglomerans lapides: terdenaq; raptans
Ora hominum, diffusa foro dominatur utroq;

Fatale Incen-
dium Gorl.

Ex illo in pejus ruere omnia visa repente,
Degenerare animi: & retro res lapsa referri.
Namq; ubi collectis bis frugibus area trita est,
Et vix consedit fibris suffulta renatis
Religio, ac sacro fixit tentoria templo:
Ipsa furens animis, & non bene tempore rapto,
Ocia rumpebat patria, ciuesq; movebat
Pannificum male suada cohors: scelerumq; manipuli
Irre-

1527.
Der Tuchs-
macher auff
ruhr.

Oratio Polcii
in templo Petri
no ad socios,

Irrepunt furtim, renouata sub atria templi.
Tum socijs (namq̄, omnis cum stipata rogabat
Turba virum) injusto legum seu Polcius insit,
Imperioq̄ regi patrum: fas, esse piūm q̄,
De grege Pannificum consultor ut unus & alter
Distribuens sua vota, fori conscendat honores,
Iura magistratumq̄, legat: sua cuiq̄, voluntas,
Libera religio: qua colla immunia forti
Imperio exuerent, ruerentq̄, in vota soluti.
Continuo exciti comites communia jungunt
Fœdera & ingenti subsfirmant pectora amore
Ingentes animis, & sortem in utramq̄, parati
Seu victi absistant hostes, seu sauius instent.

Quò ruitis? quòve hæc geritis tela impia de-
(xtris?)

O cohibite animos, non hæc sacra templa, forumq̄,
Hei vobis frenanda dabit IOVA: sistite gressum,
Libertas alio quærenda est ardua campo.
Iura magistratus teneant, quibus ista potestas
Sorte sua cecidit: Vos vestra capessere fas est.
Hoc iubet, hæc populos distinxit lege Creator.

Non verò hoc saltem cessatum est cardine re-
rum,

Imò ubi depulsa fulsit lux altera nocte:
Hesternum repetens agmen, sopita Lubecus
Consilia instaurat scelerum: invitatq̄, sub ades
Conjuratorum proceres, cacamq̄, cohortem.
Festinate viri: vobis mora tarda periclo est:
Maturate, sacra nam posthac ibitis æde:

Lubecus instan-
tator scelerum.

Curia

Curiaq; aspiciet regni mirata patronos,
Ergo parate animis & spe presumite regnum
Dixit & ex templo (laxis calor urget habenis)
Ter circum obsessos cincti fulgentibus armis
Decurrere lares: ter caecum turbine vulgus
Raptat amorq; fori, regniq; insana cupido.
Arma fremunt omnes, nec sat rationis in armis:
Coniiciunt recto galeasq; ensesq; coruscas
Frenasq; feruentesq; globos: pars saxa, rotasq;
Ipsumq; colos, tela infelicia, portant.

O mae caucaseis horrentia pectora saxis
O caecae mentes, quae vos insania torquet?
State viri, modo state viri: nam vindice dextra
Horrida in infidos etiam capit arma Senatus.

Et jam tempuserat quo primum erumpere
(rectis

Aerea consensu conspirent tympana rauco:
Stolcius (hunc etenim inuitat praesaga mali mens)
Cautior abstinuit tactu, aversusq; refugit
Faeda ministeria & quae jam pepigere, recludit.
Non tulit hoc sacer ordo patrum. ô (consurgere in
arma

In articulo sedi-
tionis Stoltius
ad senatum abi-
ens, rem totam
exponit.

Iusta nimis causa est: scelus hoc ne impune residat)
Itur in oblongam, sic hanc dixere, plateam,
Obstruxere vias ferro: cinctosq; corona
Faedi fragos, dura & pressos in vincla dederunt,
Iniiciuntq; duci funes, constrictaq; ferro
Colla, superq; humeros & brachia grandia tollunt,
Inde trahunt retrahuntq; reum, subiguntq; fateri
Tormentis super injectis, retinentq; prehensum.
Per bis quinq; dies ac junctas ordine noctes.

Autores captiui
ducuntur.

D

Et jam

Supplicium de
eis sumptum.

Et jam stellarum sublime coegerat agmen
Lucifer undecimus: pœnas ex sanguine poscens
Sacrilego: longo tremulum cui stipite corpus
Porrigitur: ferroq; manus tortoris acuto
Culpatum tundens pectus, fœcundaq; pœnis
Viscera partitur: cecidit pars quarta resecto
Corpore: & externis torrent membra arida por-
tis.

Hunc pede subsequitur tremulo, vi criminis acti
Stolbergus, nodo manibus post tergare vincitis:
Cui tortor districto humeris caput ense revulsam
Sternit humi: madida illapsam pallefcit arena:
Circum omnis vigilumq; manus, confusaq; turba
Pannificum, & matres divincta tempora vittis,
Infaustum ingeminant solem, fletuq; cruenta
Infelix, heu, testantur regnumq; jugumq;
Postera quadri jugo rediens dea roscida curru
Radit iter medium, cum dant truncanda coacti
Vcalegon, Bauarusq; invise colla securi.

Fugitivi Brestæ
piscantur.

Hinc profugi, cœlo qua fert caput alta Budor-
gis

Perfidus Optogrison, & cui dat nomen hirundo,
Sanguine singultantem atro truncum ambo relin-
quunt.

Et vos vestra manet uigiles non infima pœna:
Infelix animi Teucer: sed quis fuit alter?
Cœnander, Telerusq;, via quos cura tenebat,
Ne domus intranti forsan reserata patefcet.
Ite igitur nuncite homines: date tela, Senatus
Cedet, & augusto vobis fora limine pandet.

O. Si

O si Pannifices, solito, manus usa labore,
Non tela, arma, globos: sed lanam, fila, columq;
Longum assueta, iugo adjecisset stamina presso,
Extractosq; toros lanarum intexeret usu,
Non tam difficilis fuerat jaçtura Sepulcri.

Sed quonam hic fomes culpa? quò flamma de-
lorum?

Nondum oblita virum labes, sopitaq; cessit
Fama euo? lapsa jam reddita gratia plebi,
Et patribus quasi honor; laus ardua, in ipsis
Est Phæbi radijs: & me jubet ordo nocentes
Præcipitare moras: aliouè capessere cursum.

Interea hoc vulgi presso feruore, Iehova
Tuta patrocínio, jacto de semine surgens
Relligio, terris gratum diffudit odorem.
Pontificum sordent nugæ: rectisq; penates
Deuoto inclusi studio exscinduntur: & ades,
Desidia factu rigidas à culmine sternunt
Edocti melius ciues, pietate magistra.

Pastor ades V Volgange sacris: cui plurima
mento

Canities veneranda jacet, cui suada labellis
Sparsa sedet, totoq; habitat prudentia vultu:
Olli cura recens, olli vigilantia pernox
Excubat: ut stet honor templis, reuerentiaq; uni
Grata Deo: turpiq; vacet labe, hospita terris
Relligio: nec templa trahant graue onusta ruinam.

Turris erat præcepto onere: omnes unde videri
Vrbis opes solita, cinctiq; ex ordine factus,

D 2

Prona

1550.
Parochia D. N. N.
colæ diruitur.

M. V Volffgen-
gus vocatus ad
ministerium, pri-
mus prædicator
rum barbam a-
luit.

1532.
Ob nimiam mo-
lem diruitur fa-
stigium turris
templi Petri

Prona iugo, porta casum minitata propinqua
Hanc in precipiti stantem aggrediuntur, amico
Contactu artifices circum, quâ summa labantes
Iuncturas pyra fracta dabat: tum sedibus altis
Convellunt placidè tremulam de pondere molem:
Proq̃ hâc, tecta legunt humili surgentia saxo.

Verum ut se cælo vinculis exuta referret
Libertas fidei, laxaq̃ repagula legis
Observata, rudes, verbo præeunte, moverent:
Durescunt animi: & voto sibi quisq̃ recepto
Ius statuunt: rigidamq̃ bibunt è fonte cicutam
Irriguo: ut pectus saltem expleat atra libido.

Tanti ardoris erat, VERO tot figere morsus.
Et nisi dogma datum stet inexpugnabile IOVA
Vindice: tum dubius tenebris involueret error.
Ergo ne mentes hominum per devia raptæ
Tesqua, ruant in grande scelus: vel morte pian-
dum.

Precipiti lapsu, ignara casusve maliq̃:
Multa prius patriæ obveniunt portenta superba.
Hæc etenim superi bonitas celebranda paren-
tis:.

Quod quoties peccant homines, non protinus ira
Concitus in domita celeres è nubibus ignes
Victrici spargit dextra, fontesq̃ profundo

Catalogus peccatorum.
Detrusos Erebo flammantibus obruit undis.
Ante sed humanas vario monet omine mentes
Inq̃ viam vitæ melioris flectere tentat.

1534.
Siccitas inusitata.
Hinc igitur rapidos accendit Cynthius æstus
Hinc siciunt herba, terraq̃ ardore dehiscunt
In soli.

Insolito, fallitq; seges exusta colonum
Infestusq; urit sitientes Sirius agnos,
Exiccataq; greges: ut limpida flumina anhelis
Faucibus ad limum exorent clamore sinistro.

Quid crudelis hyems, niveis portentat abundans
Aggeribus? quando concretæ in flumine crusta
Difflexerit: citò glacies liquefactaq; ponti
Incubuit, super assurgens magno agmine, raptat,
Tergo insistentem, atq; abrupto vortice sorbet.

Quin intempesto tremuerunt cuncta fragore
Fulminis, attactuq; graui magna ora dehiscunt
Aedis Idumæa profosso fornicis arcu:
Et delubra Petri vasto scinduntur hiatu.
Vidisti puerum incertos per frigora soles
Sylvarum anfractus, hyernas tot ducere noctes,
Donec eat retrò patrias raptatus ad ades.

Quippe locustarum ruit huc exercitus, ausu
Fædus, & effuse sata leta boumq; labores
Corrodit: fossæ implentur: cumuloq; volantes
Prospectum eripiunt oculis: campisq; subactis
Vsq; niuis ritu coeunt, atq; æthera obumbrant.
Omnia ventorum concurrunt prælia, fædam
Qui tempestatem glomerant, sonituq; trementi
Ardua sylvarum feriunt, quercusq; profundis
Sublimè expulsas truncant radicibus: unde
Robora subuectant, ponti obliquata restructo
Hæc gravia: horrendum scelus hoc, magis indicat
urbi.

1537.
Durities hyemis
14. Ian.
Piscator submer
gitur.

20. Novem
bris.
fulmine tangitur
Templum Petri
& S. Crucis.

1538.
Plaustrarii filius
puer amittitur.

1542.
Magna copia lo
custarum.

1546.
Maximus ven
tus.

D 3)

Omen:

1547.
Funestissimus ca-
sus de filio trans
Agente patrem.

Omen, quando patri transfixo ferrea nati
Dextra, per insidias, capulo tenus abdidit ense.
Ille grauijam tum furiarum saucius estu
Fas omne abrumpens, nunc hos, nunc turbidus
illos,

Nocte legit vicus caeca, tandemq; furore
Pulsus, in excubias urbis, vigilumq; cohortes
Labitur, horrendumq; scelus denudat aperte,
Ergo ubi suspectas aurora amoverat umbras
Cervicem avellunt humeris, conduntq; sepulchro
Et truncum, & caesi genitoris corpus in uno.
His argumentis paenarum iraq; superna
(Ecquis enim furijis ni sit correptus iniquis
Perneget irati portenta haec numinis esse)
Si moti in melius mentem iuvenesq; Senesq;
Convertunt pauidi, veterisq; piacula culpa
Agnoscent, veniamq; rogant ob vulnera Christi
Exiit, irarum flammis, vultusq; resumit
Pacatos, DEVS omnipotens, hominumq; reper-
tor,

Verum ubi decepta cacum genus impete mentis
In scelus omne ruit, nec vertere vela retrorsum
Vivendiq; cupit sceleratum exscindere morem,
Rex idem superum justas elaxat habenas,
Irarum, ac caelum tangentes vertice turres
Destruit, atq; imo regna eruit improba fundo.

Te quoq; nunc celsam, Fortuna insignis opum
vi,

Lusitiae dominam, meliori nominis usu
Forte salutaret, ni mens aliò acta fuisset.

Messis

Messis erat, quâ flava Ceres ac turgida spicis
Diruitur, structiq; sedent per rura manipuli:
Fama ruens stridore gravi & pernicious alis,
Exatos proceres insignibus, urbe Senatum
Artificumq; senes longo jubet ordine duci
Regia quâ PRAGAE caput inter nubila condit.

1547.
Infelicis. annus
& ater toti vrbis
GORLIC.

Infelix animi Consul SNITTERVS & avi
Progreditur junctiq; patres, plebisq; regenda
Tribuni: tum mæsta cohors civesq; sequuntur
Atq; opifex creber concursu ac vulgus inerme:
Post gravidi armorum supposito pondere currus,
Hisq; super tormenta globos torquentia, cælo
Ac si explosa cadant luctante tonitrua vento,
Ducuntur longè: tum cætera regius abdit
Arma, globos, clypeos, hastilia, gesa, satelles,
Aere caput fulgens, secum omnia raptat avarus.
Postquam igitur, talis comitum processerat ordo,
Respicit huc niuco propexam in pectore barbam
Demulcens Senior SNITTERVS, & ingemiscit
ultrò.

Senatores cum
Consule ducun-
tur Pragati.

Eheu summa dies, & ineluctabile venit
Tempus Lusatie: voluit dum IOVA, fuistis
Hexapoles: fuit altricis celeberrima nostra
Gloria: nunc alto submergimur equore culpa.
O patria ô quondam prælustri curia regno,
Prisca ô libertas: quò te jam amisimus ultrò?

Talia suspiciens cælum, movet: unguibus ora
Nunc fœdans, pugnis nunc pectora candida tundēs.

Pragæ omnes
circumscribun-
tur.

Ven

Ventum ubi sublimes offensi Regis ad arces,
Fulmineam metuunt dextram: & pro crimine cul-
pa

Commissa exorant veniam: sortiq; futura
Iacturam vitæ obijciunt, Regiq; sequestrant.
At sublata animis placidè vindicta residit
Caesaris, irarumq; minis de fulmine lapso
Prosequitur veniâ fontes, usumq; rependit
Mancipio obiecta vitæ, fluxiq; cruoris.

Curia ad Sena-
sum reducem,

Hinc referant ad tecta pedem, quid fertis? in
umbrat

Curia sermones, nùm tandem impunis abibo?
An gravior mihi mulcta? patres auertite casum.
Fallor, an ista nimis serio? proh Iupiter omnes
Hei mihi surrepti saltus: ubi rura? ubi pagi?
Auro templa carent, fora legibus, incolaq; armis
Iure patres; restat nullum adibus ornamentum?
Hic ne mea urbis honos? sic regni in sceptrâ repo-
nor?

Omnia privile-
gia & bona ur-
bi adempta.

Hei quid agam? quæ me sedes? quæ me antra rece-
ptent?

In tenebris moriar, luctuq; effata senescam.
Grandior olli evo SNITTERVS: nata, dolori
Parce, ait: harpyæ Sudetum à vertice lapsæ

Harpys aulicæ
in causa.

Diripiunt nervos tibi: contactuq; refringunt
Immundo tot opes: haud illis seuius aula
Monstrum alitur: stygioq; satæ patre cuncta resor-
bent

Sed bona (fabor enim: quando hac modò cura recur-
sat)

Nunc

Nunc abrepta tibi, justi clementia Regis
Conferet in gremium, non cuncta, sed optima voto
Prata, nemus, pagosq; dabit: currusq; tot hastis
Stridentes grave porrectis: direpta tot urbi
Arma, cauas galeas, tormentorumq; ruinas.
Iura foro, & patribus statuet sua vota legendis,
Septima plangentem dum te conspexerit aetas;
Ergo pande fores, & spe tua regna capesse.
Haec tenus augurium seris exorsa q; loquela.
Praedicti interea lustris labentibus orbes
Voluuntur caelo: sperati nobile regni
Tempus it: & tenebris in apertum protrahit equor.
Rapta bona, arma, nemus, lapsum decus omne re
fundis

In patriae gremium exorata potentia Regis:
Fulgida splendenti ut certet data gloria Phæbo.

Gaude igitur foecunda tuo jam Curia fulcro
Atq; auerte pia sublimes urbe resultus:
Ne lapsu gravioere ruas, fatiq; repugnes
Conscia fortunæ in celerem variabilis horam.

Ex illo, novies canis impexa capillis
Ibat hyems, & dura capri Sol terga premebat:
Nocte intempesta quando ruit imber, & aliè
Nubibus ingeminans abruptis, intonat aether
Confluctu gravis ingenti, quo mota tremiscunt
Ardua murorum, caecoq; attacta tridenti,
Turris colla tremunt; priscis RICHBACIA dicta.
Excubijs hanc forte vices exercuit æde
Nocturnas vigil, illapse cum fulminis alæ

E

Corripi-

Quæ omnia grã
di ære a Senatũ
redempta.

Curia iam in pri
sco illo honore.

1556.
Horrenda tem
pestas contra
vlicatum naturæ
ordinem.

Vigil ab ea ex
animatus

Corripiunt miserum: tactuq; infesta cruento
Lambit flamma cutem: illa citò corrupta nigrore
Aret, & ad tactum tractanti ambusta resistit.

1562
Ventus terribi-
lis.

quo turris D.
Annæ dicitur.

Vix ea latiuagos bis ter revoluta per orbis
Condit hyems, subito nymbis glomerata coactis,
Tempestas sine more furit: tum vespere ab atro,
Incumbens Aquilo, tellurem aspergit in auras,
Atq; urbem involuit misto undas pulvere turbo.
Aërea tremuere domus: tum protinus Annæ
Rumpuntur conuulsa jugis fastigia, terraq;
Incumbunt dorso, lacera spectanda figura:
Quæ prius urbis erant habitu ornamento corusco.

1565
Aperta est, no-
va schola Augu-
sta auspicii D.
Maximilian
studio &
sumptibus incli-
si Senatus.

Vertitur interea completis mensibus annus,
Ex quo Romanas Aquilas, insignia summi
Maximus Imperij Pater Aemilianus, & armis
Et pietate gravis (quem nobilis Austria DIVVM
Excelsa de stirpe tulit,) iustissimus vnus
Teutonia fasces, rerumq; excepit habenas.
Iam tum sacra patrum coeunt collegia, curas
Susceptura novas: ædes, parviq; receptus
Sint Musis, tutiq; lares: uli patria pubes
Ad morsus ferule pauida, invigilansq; labori
Imbibat ingenuas, Verbum quibus utitur, artes:
Seu loca Grajugenum lustres, Martemq; Lati-
num
In repido victor calamo, verbisq; laceffas:
Seu mavis, coeliq; vias, junctamq; tenere
Factorum seriem primæui ab origine mundi
Prompta rudi constant ævo, dociliq; juventa

Ergo

Ergo decem lecti, cælo quâ uasta minantur
Culmina, Casareaq; arces, de patribus ibant
Orantes veniam, atq; aulam fervore petebant.
Postquam introgressis coram data copia fan-

Legati ad Cæ-
rem missi.

di:
Orator cause placido sic pectore cæpit.

O invicte solo, Caesar Germanidos ora
Magne pater, cui nunc parent tot regna, tot
urbes;

Iustitiaq; datur fortes frenare Bohemos.

Noste GORLICII, trepidi per tot juga ve-
cti

Fit Oratio de
schola ædifican-
da.

Oramus, famulos vultu dignare sereno,
Ne tennes has sperne preces & vota piorum.
Est domus urbe tua, quam prisca temporis usu
Funigeri tenuere viri, nunc preside nullo
Claustra diu, vacuos ostentat nomine ritus:
Vix unus superest, annis effata senectus
Cui membris alger, vel segnior ad sacra torpet
Cura vigorq; domi: sunt alta silentia templis:
Et silet hora precum, pietasq; sepulta quiescit.
Ne tamen orba sacris jaceat, desertaq; cultu
Murorum ingentes trahat inclinata ruinas:
Accipiat, saltem fessas sub mœnia Musas,
Hospitioq; nova pateant data limina publi,
Auspicijs reserata tuis, ô Maxime Cæsar;
Stet schola, cinctâ sinu paruo, sed nomine tan-
dem

Urbanus frater
novissime super-
res.

Magna tuo, & terris nullo delebilis auro,
Quod si res propius firmavis numine nostras

E 2

Non

Non mora longa aberit: quin urbe videbimus omnes.

Fervere concursu portas & strata viarum;
Tum tua victuris se attollet fama tropheis &
Tum pietas caelo succedet, & aethera scandet.
Talibus arator: siluerunt caetera patres.

Hinc grauius, paucis Caesar, concedimus, inquit,

Conceditur re.
purgatio. cœno.
bii.

Auspicijs stet aperta DEI, qui cepta secundet,
Et nostro indultu doctrinae provida mater,
Apta sacris vigeat schola, Musarumq; receptus.
His aurem arrecti indultis, cum poplite flexo
Lumina defixi in terram, retulere ministri
Subiectos animos & gratae munera mentis.
Continuo retrò, quâ semita cognita ducit,
Corripuere viam leti: sanctumq; Senatum
His adeunt dictis: tulimus, quodcunq; precati:
Indulsi Caesar: vos vestra capessere fas est.
Nec plura effati: Curis hanc omnibus vnâ
Ante senes posuere patres: dum machina cœtus
Acceptura sacros, distinctis ordine certo
Alueolis, cultio staret spectanda teatro.
Protinus his structis; operarum accire magistros
Mollia transcripta qui fingunt corda Iuuenta,
Hos precio invitare parant, ubi candida Oreas
Parnassi colles, sapienti nomine claros
Vel candore suo, jactat, doctasq; camœnas.
Hinc orata viros insignes arte ministrat
Eloquioq; graues, quorum maturior æuo

In quo Schola]
nova.

Ej vir

Et virtute, PETRVS VINCENTIVS: alter
Achates

Cinctus Apollinea LVDOICVS tempore LAV-
RO,

Succedunt oneri faciles, positaq; Cathedra,
Ingenij nervos spondent, artisq; labores.

Ergo ubi felici subeunt pede castra, Sena-
tus

Quae Introduci-
tur Rectore Pe-
tro Vincentio.

1.
1565.

Dij's jubet auspicijs solenni in luce; vacantes
Congressu celebrare domos, Musisq; sacrare
Primitias, tantisq; exordia ponere rebus.

Haud secus ac jussi faciunt: impube corona
Septus obit primum munus VINCENTIVS, or-
bos

Partiturq; lares: & limina sancta Camænis
Consecrat ingenuis: stipulasq; ostendit inanes
Et flantem ad Zephyrum dispergit in aëra vi-
es

Funigerum paleas fratrum: qui nota per horas
Solliciti, informi dan; conclamata boatu,
Annixi aethereas caelorum scandere sedes.

Hac fluere tenuis nuga: vilesq; boatus
Conticuere omnes: capit hic Doctrina LVTHE-
RI

Quae doctrina?

Papa pressa jugo, viuae commercia vocis.
Hac ubi luce nova, Germano inclaruit orbi,
Undiq; praestantes animis, velut agmine facto
Collecti subeunt juvenes: hinc Cymber & acres
Pannonij, Mysi dociles, creberq; Bohemus,

Quis concursus?

E 3

Crescen:

Crescentis splendore Schola, Musisq̄, receptis
Permoti huc volitant avidi ludumq̄ frequen-
tant.

Expectata dies salve, salve aurea Musis,
Splendidior vix vlla aliàs affulserit urbi:
Qua Scep̄trum accipere & ludo promittere curas
Aspicias, tantosq̄ viros, tantamq̄ juuentam.
Hic laudes, Petre clare, tuos animiq̄ labores
Tot tibi impensos & tradita Scep̄tra Lycei,
(Qua dextra excussit, teq̄ in sua regna voca-
tum

1569.
Vinc. vocatur
Breslam.

Rectorem instituit ludo, domina illa Budor-
gis)

Pet. Vincent.
1581, Breslae
mortuus.

Oro pio memorare juvet, verum obruta multo
Lingua staret numero: solitus neq̄ nostra coloras
Verba nitor, facilemq̄ negat se invitus Apollo.
Te pietas caelo illatum pro talibus ausis
Affecit precio, superumq̄ ante ora perenni
Laude tua fruere, tibi quam peperere labores.

II.
Succedunt Du-
um viri Maiste-
rus, & Lauren-
sius.

1569.

Interea ne rostra vacent Rectore: Scholar-
cha

Huic ludo statuere Duces, quorum aequa potestas
Et par frontis honor, gravitasq̄ hoc munere di-
gna

Meisterum, eternoḡ virentem carmine Lau-
rum.

O fatum, o casus: nihil hoc praesentius artes
Nil schola, nil pueri melius sensere; tot annis
Garrula barbaries, nunc presso obmutuit ore,

Pub-

Pulsaq; cum gemitu fugit tacitura sub Orcum,
Secum umbras, noctemq; vehens; qua obnubilat
artes.

Diffugere procul tenebra; veneranda Poesis
Extulit os ludo, puraq; in luce refulsit.
Occupat hinc pulsa loca quondam habitata, nover
ca

Gracia, pregnantemq; uterum matura relaxat:
Ex quo se innumeri vates atq; agmina promunt,
Maonides, seniorq; duces, Ascreus, & alter
Grajugenam resonare docens Amaryllida vates:
Tum latij fudere sinus, rediviva sub auras
Rostra, ducumq; faces: queis Curia Sancta Quiri-
tum

Vna gubernatrix orbis, caput extulit olim.
Hos revocat schola nostra duces, cathedraq; repo-
nit,

Quos inter gradiens, lauro fulgentia cinctus
Tempora vernanti Tullus supereminet omnes
Iam grandi ore tonans, iam suavi pectore mul-
cens

Intentos animos, ceu leni flumine victos.
Qua si perciperes, admirarere: sub ortum
Romanae autorem lingua jam stare, foroq;
Fortius in medio, trahere imo a pectore voces.
Ingenij vis tanta tibi Meistere, tibiq;

LAVRENTI: ut magno certet data gratia
MARCO.

Salve igitur schola facta viris, schola facta ju-
venta.

Qua

Quae totam applicuit sese doctoribus: illi
 Retro accepta darent: haec tradita mente tenaci
 , , Imbiberet, ne Magne tuae LUTHERE, ruina
 , , Doctrinae incumbat: nec doctis gratia libris
 , , Magne Philippe tuis intercidat ulla: nec ullo
 , , Tempore districti quicquam in tua munera dentes
 , , Intentare queant calamo qui vindice totam
 , , Ausoniam fudisti ingens: humilique repostam
 , , Cespite Leucoream villam, doctissimus urbem
 , , Fecisti pennam: sed multi ingrata rependunt.
 , , Quos vindex DEVS: at nos cepta ad nostra fera-
 mur,

1584. 26. Sept.
 Alter Rectorum
 Maisterus Bre-
 mam concedit.

Mortuus Bremae
 1587. an. 21.
 51.

Ergo ubi felici pubes subfloruit arvo
 Doctrinaeque sacrae seges incrementa recepit:
 Ipse gubernator ludi, velut alter Apollo,
 MEISTERVS, fasces ponit, clavumque Lycei,
 Saxonas amotosque petit, qua lata Visurgis
 Arva secans torquet spumantem fluctibus amnem:
 Hic antiqua novum Rectorem Brema salutat
 Musarumque ducem: admonitrix cui plurima virtus
 Incenditque animum, & tacito sub pectore gliscit.
 Verum hic & Vitam, curasque impendit & annos:
 Terna ubi transierant regnanti hyberna magistro
 Supremum schola grata suo lugubris honorem
 Rectori impendit lacrumis, solatia luctus
 Exigua ingentis, fido sed debita amico,

Fas erat o MAISTERE, tuae nunc laudis & ar-
 tis

Res fuisse ingrederer: fama & super aethera nota
 Adijce.

Adiicerem paucis, nostri argumenta fauoris:
Sed tantum negat hora decus: notissima nec dum
Laus tua laudis eget: conanti & dicere, vires
Musa negans, stupidam tanta ad praeconia men-
tem

Increpat, & sensus resides: ne accingere vates,
Clamat ad ingenij nervos doctamq; Poesin
MAISTERI obstupuit dudum, fandi autor
Apollo:

Quid tu? qui nullo tinxisti labra lepore.
Conticui: atq; alijs merito celebranda reliqui.
Nunc fruere alloquio IOVAE MAISTERE, coro-
namq;

Accipe, calicula te qua cinxere Camæna.

Continuo sceptrum solus, curamq; iuuenta
Suscipit, Orator ludi, cui multa pependit
Canities spectanda genis, LAVRENTIVS, e vi
Maturus, grata juvenesq; amplectitur umbra,
Qualis ubi viridi in campo Phæbeja LAVRVS
Diffusos tendit ramos, sinuosaq; pandens
Brachia late altos ostentat frondis honores;
Huc volitant seu fumo acta, seu fulminis ictu
Turbida apes, dulci illa vagas complexa sub um-
bra

Contegit effusis tutatrix fida lacertis.
Haud aliter Iuvenes, nondum lanugine prima
Pubentes malas, umbra & spirantibus auris
Amplexus Dux ille, animos & pectora mul-
cet

Tum pia Iura schola, pueris nova rostra, forumq;
Aedificat, super instituens simulata Quirisum

F

Pro

III.
1584. Sept. 28.
Laur. Lud. Re-
ctor,

Pro re, proq̄ loco pueris certaminanum quis
Cultior eloquio palma frondentis amores
Præripiat, teneraq̄ ausit se credere pugna?
Aut victum ad majora roget? quos sessitas inter
Ordo Senatorum: intenti qui rebus habendis
Arbitrio pensant æquo, primaq̄ corona
Victorem exornant: reliquis calcæria subdunt.

1486. circa fe-
stum Barth. Pe-
trus scholam dis-
cipulat.

O sublime decus Ludi: quid pulcrius usquam
Inventum est: stant rostra scholis, dat Curia fasces
Structa sacra ad captum pubis: præsesq̄ resurgis
Causarum Tullus, Cathedraq̄ repostus inhareret.

At schola crescenti vix dum surgebat in herba
Et tener artis ager: subito cum dira, coorta est
Tempestat cæli morbo, per regna per vrbes
Languentesq̄ lares subter contagia serpunt.
Præcipitate fugam iuvenes ne tabida pestis
Artibus aspergat virus, inopinãq̄ vitam
Præcipiti exhaustam spacio modo rumpat Erinis.
Hac ubi dicta schola figuntur postibus: arva
Quisq̄ fuga celeri carpit, sylvasq̄ pererrat
Turbida, corruptaq̄ libros dolet vrbe relinquere.

Laurentius non
medem ex vrbe.

At pios interea, tectis inclusus amicis
Totus in arte precum, senior LAVRENTIVS hæret,
Consisusq̄ Deo, eludit metuenda furentis
Tela luis, mediaq̄ sedet tutissimus vrbe.
Circum omnes mors falce metit, rigidoḡ Pheretro
Queis rubor ante genas pinxit, miseranda reponit.
Funera vis numerem? bis ter quingenta minorum
Cor-

Numerus mor-
tuum.

Corpora, totq; senum tum bis infessa quiescunt
Et sexcenta sinu complexa suburbia condunt.
Sic Lachesis parca est? tanta aut clementia mortis?
Exiguo ut pereant cursu tot strata dierum
Corpora, in umbrosam claudant et lamina noctem.
Nil tamen ad fusas possunt armata veneno
Tela, preces, LVDOICE, tuas: tu namq; superstes
Cum socia & sobole terna, instaurator es orbis
Filiola, lapsaq; schola, cui nomina ramo
Frondenti obuelas, hederaq; umbrata sequaci.
Hinc mora nulla: ruunt deserta ad mœnia matris
Intrepidi iuvenes: & quâ data porta, reflectunt
Ingressum, cupidiq; bibunt saluantis ab amne
Doctrina: intentiq; tenent oculosq; manusq;
Præceptis, LODOICE, tuis; linguaq; diserta
Advertunt mentes: vocemq; loquentis ab ore
Eripiunt celeri calamo, chartaq; recondunt.

1586. 10. Febr.

Fortunate Senex, & tu schola maxuma salve,
Ex qua tot clari heroes abiire: quot olim
Grandis equus lateri inclusos, cæcisq; cavernis,
Effudit Danaos, superata ad mœnia Troja.

Iamq; Europaas volitarat fama per urbes,
Huc Phæbum & Musas Latio rediisse novenas,
Et fixa jam stare schola, jam pangere versus:
Cum subito quatitur casu: quo contremis illa
Prona iugo, vasta incumbens lapsura ruina.
Nam senior præses, tristi languentia morbo
Ossa trahens, dudumq; ingenti fracta labore,
(Quo vix Alcides major, seu grandis Acestes)
Deponit prostrata toro: egrestiq; medendo

Anno 1691. 16
Jan. Laurentius
factus paralyticus.

F 2

In 887-

Moritur 1594.
15. April. ann.
æti. 58.

In ternas hyemes: inter dum vota, precesq;
Servatori animam reddit, quàm contulit idem.

Hoc nè igitur varijs turbat & cladibus urbi,
Hocne inquam restabat adhuc: ut morte peremptus
Occideres justam ante diem LVDOICE: sene-
ctus

Quantumvis matura, suos compleverat annos.
Proderat & ludo atq; urbi, canentia letho
Lumina solvisses nondum, viridisq; Iuventa,
Exhaustas iterum suppleisset sanguine venas.
Cum tacito sub corde tui retracto vigorem
Corporis, austeros oculos, frontemq; genasq;
Infestas albente quidem & gravitatis habente
Canicie augustum pondus, sed prorsus ab omni
Rugarum immunes sulco: cum membra recoro-
dor

Officio benè functa suo, labentibus annis
Curvata & socio vestigia fulta bacillo:
Hereo, miratus tua dona, gravissime Rector:
Bis tria Nissides veneratae lustra docentem
Obstupuere DEAE aspectu: nec civis in urbe
Forsan erit, qui non ferulas expauerit acres,
Imbiberitq; sua præcepta salubria vitæ,
Sed de te venerande Senex est, rectius actum,
Liber ab exuvijs, fatorum lege caducis
Absq; Iuventutis formandæ tædio, & omni
Curarum morsu, lapsurinq; impete mundi.
Nunc cæli convexa tenes: Quare optime salve
Æternumq; vale genitor: mox tempus agetur
Cum Christo veniente, poli sub nubibus altis,

Iudice 3

*Judice : praece des splendoris imagine stellas.
Stabant interregna scholæ : cum sceptrâ Senatus
Solemni assessu , ludiq; labantis habenas
MARTINO MYLIO confert : quo clara docen-*

III.
D.M. Marinus
Mylius Rector.

*te
Pulpitâ restituant lapsam decus : ipsa Iuventus
Concursu fervens huc atq; allabitur illuc,
Pronaq; vocali pendet dictantis ab ore.
Huic comes it SILICAEVS : opes cui docta Minerva
Contribuit satis insignes , cui verba loquenti
Ore fluunt nervosa graui , seu lingua Pelasga
Materiam , rebus fontem aut Romana recludat.
Quid reliqui ? eloquio , nulli aut probitate secun-*

M. Barth. Cif-
lingus.

M. Frid. Papa.
M. Iohan Fal-
cenhain.
Elias Cuchler,
& reliqui.

*dos.
In stadio est experta suo schola : quiq; merentur
Laurea honoratos ut cingant ferta capillos.
Flore igitur schola fulta novo Rectore , diuq;
Commendata fove in longos tua rostra Decembres.*

*Tu quoq; Iustitiæ fulcrum sublime , columna
Vna scholæ , splendorq; fori , tu curia salve,
Quæ pede fixa solo , caput inter nubila condis
Et fulgore tuo totum procul imbuis orbem.
Nunc tua fac pateant , dominatu ingentia claro
Atria , prospectuq; dato tua limina pande.
Hic Fabios , hic Fabricios mirabimur , olim
Insignes aquilis , nunc hoc fulgere teatro.
Semidei Ottmanniq; duces , quos novimus , ore
Instar euntis aque fluitantia verba locutos,
Coram Romulidum miratam Rege Viennam,
Sapius Aemilio coram obstupuisse Casurgin :
Quos aluit quondam Rectores Curia primos.*

Curia.

Cofs. olim
Francisc. Snitte-
rus.
Georg. Ottman.
Georg. Smidius.

F 3

Hoc

Hofle
L. g. Coss.
D. Joh. VVelfi.
1711. V. D.

M. Barth. Scult.
Math. & Philo.
log. Claris.

D. Schaff. Hoff-
man. V. Cl.

D. Alex. Snitte-
rus.

Melch. Steinber-
ge. I. Consult.
Tobias Snitte-
rus.

Conclusio gene-
ralis.

Hoc verò summas anno labente secures
VVELSIVS accepit Consul, cui plurima rebus
Dicta volant: pondusq; addit legum una receptrix
Diua Themis, vario vocesq; lepore colorat,
Alter ades, SCHVLTETE, polo qui errantia dicis
Sidera, & aetheros radio certaq; meatus
Metiris lege, & longè canis ante futura.

Sic tua te gravitas, & doctæ Palladis arma
Magne SEBASTE, fori, regniq; in parte locatum,
Commendant Patria: ut cunctis habere colonis
Acceptus; Phæboq; duci, famulisq; Camenis,
Et meritò: esse studes nulli gravis, omnibus usu,
Excipit assensu S NITTERVM curia quarto
Admirata decus frontisq; & pectus honestum,
Quo sibi devinxit cives, patriaq; favorem.
Tum Prætor, doctiq; premunt tabulata Scabini,
Atq; Senatorum numerus: quos aurea subter
Lucet stella fori Melior STEINBERGVS, & alter
SNITTERVS, studijs insignes nobilis otij.
Et reliqui gravitate pares, ceu lumina fulgene,
Lusatia: nullum inuenies qui Marte vel arte
Nomen Apollineo non condat nobile signo:
Vel studijs clarus famam non terminet astris.

Vos ergò insignes animis, sublimia tanti
Fulcra fori, regnate patres, date iura Scabini
Tuq; diu sacer ordo senum moderare DEOq;
PROTECTORE scholas, et templa forūq; gubernat.
Plura quidem annorum series connexa requirit.
Ni mihi crescat opus: cursumq; reflectere tentem
At studia apta: quibus vita despondimus annos.

Hæc

*Hæc incompta igitur, quamvis meliora decerent,
GORLICIVM, tibi Musa dedit, scissamq; lacernam,
Qua succincta, tuo Augusto prætexit amictu,
Quod precor, ignoscas: nam me natura Poetam
Nec vis doctrina finxit: modo causa relata
Mole sua, nostrisq; adeò spectetur ab annis,
Qui duo lustra tribus, medio decurrimus ævo.*

F I N I S.



Errata Typographica

In fine præfat. lege matrl. A. 3. v. 28. l. fido. B. 2. alt. fac. 7. 10. l. annu-
os. C. 1. 7. 2. l. principio. C. 2. fac. 2. 7. 12. l. orbes. C. 3. fac. 2. 7. 13. l. ve-
sibat. C. 4. 7. 6. l. qui nubem. C. 4. fac. 2. 7. 3. l. se Polcius. item infit lege. D.
1. 7. 3. l. extemplo. item 7. 28. post prehensum nul. punct. D. 3. 7. 12. l. perfes-
so. D. 4. fac. 2. 7. 6. l. ac item 7. 9. l. referunt. item 7. 12. l. sero. E. 1. fac. 2.
7. 12. l. ornamenta. E. 2. 7. 11. l. preces. item 7. 16. l. alget. item fac. 2. 7. 5. l. orator
E. 3. 7. 6. l. auspicihus. item 7. 17. l. siluere. F. 2. 7. 1. l. infossa. item 7. 30. l. ægtes
enq; item fac. 2. 7. 12. l. insectas. F. 3. fac. 2. 7. 27. l. condat.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and the texture of the paper.

FINIS

Handwritten text, possibly a signature or a date, located in the lower middle section of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and the texture of the paper.



216. 1029. 8

ULB Halle

3

004 974 336



f

nt





[Illegible text on a small, rectangular, light-colored paper label affixed to the upper right corner of the book cover.]





B.I.G.

Farbkarte #13



Anto Cristiano Morelli, viri humanitatis laudis

